

Beihheft

2

S 83

c. 1290.

[17]

Betr. frittigen Klosterbesitz.

Noverint universi presens scriptum legentes, quia bona dicta Vrenkinc, que Hathewerkus miles cum fratre suo inpetit indebite, sub subscripto iure vacant ecclesie Metellensi. Quidam Lambertus nomine, dictus de Winhus, ministerialis dicte ecclesie Metellensis, bona Vrenkinc ab eadem ecclesia tenuit iure feedali. Hic contraxit cum quadam dicta Hogarde, quam dictus Hathewerkus miles et suus frater Hinricus suam affirmant consanguineam, cuius nomine inpetant bona supradicta. Hec iure proprietatis attinuit ecclesie Metellensi, ut manifestius declarabitur in cedula presenti. Quedam Alheydis nomine, mater dicte Hogardis, concubina fuit cuiusdam canonici Metellensis, qui dictus fuit Henricus de Vrethene, et hec iure proprietatis attinuit ecclesie sepefate, sicut eadem ecclesia demonstrare potest per litteras patentes et reservatas nobilis viri domini Ottonis bone memorie comitis in Tekeneborg, qui in eisdem protestatur, quia sua propria nobili manu confirmaverat sacramento, quia dicta Alheydis et sue filie mancipia essent ecclesie nominate. Quare dictus H. miles et suus frater tam de latere servili quam etiam fusali impetunt iniuste bona supra nominata. Dicta etiam Hogardis ad triennium ante suam mortem recognoscens, quia male possideret eadem bona, resignavit ea in manus venerabilis domine Gertrudis abbatisse et conventus, earum se gratie committens, quam honeste usque in finem vite sue in curia earum procurarunt. Domina etiam abbatissa eadem bona cum conventu suo sollempniter possedit et in quieta possessione tenuit usque ad obitum venerabilis domini episcopi Gerhardi; et cum fere omnes ecclesie diocesis Monasteriensis periclitarentur, periclitata est etiam et pauper ecclesia Metellensis per dictorum fratrum inpetacionem indebitam et lesionem et rapinam. Primo venit Hinricus de Boco fraudulenter et astutis verbis ad Hinricum riequisivit quedam de(?) eisdem bonis dicens: Sumes, quia castrenses Novi Castri in guerram dominorum nostrorum Stenvordensium tollent, pensionem apud te, restituendo mihi eam, quia locare volo eam in domo Arnoldi Magni in villa Mettelen in sequestro inter conventum et fratrem meum R . . ., quod etiam factum est. Postea venit idem H. armata manu astantibus dominabus, eis hoc intelligentibus, quas vilipendit, et tulit III malt siliginis et I molt ordei, que molt adhuc sub se detinent idem fratres. Postquam etiam dominus G. episcopus Monasteriensis . . . posuit in sequestro, idem fratres tulerunt hereditatem cuiusdam decedentis (Schluß). Bricht ab, da Berg. anscheinend abgeschnitten.

Orig. (?), wenigstens gleichzeitige Niederchrift; liegt im Fach 27, nicht im Register. — L. von Winhus wird 1291 als verstorben erwähnt bei Wilmans III, S. 742 Nr. 1427.